

Johann Quistorp

**Rector Academiae Rostochiensis Johannes Quistorpius S. S. Theologiae Doctor,  
Professor & Ecclesiastes, Ad Exequias, quae Puellulae mellitißimae Margaretae  
Engelbrechts à parentibus Moestissimis Hodie ad medium primam in templo  
Jacobaeo parabuntur Omnes omnium Ordinum Academiae Cives peramanter  
invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1631

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn751427985>

Druck    Freier  Zugang



Quistorp, J.,

in

**M. Engelbrecht.**

Rost. 1631.

35







161.

RECTOR  
Academiæ Rostochiensis  
**JOHANNES QUISTORPIUS**  
S.S. Theologiæ Doctor, Professor  
& Ecclesiastes.

Ad  
Exequias,  
que  
Puellula mellitissima  
**MARGARETA**  
Engelbrechts à parentibus  
Mæstissimis

Hodiè ad medium primam in templo Jacobæo  
parabuntur

Omnes omnium Ordinum Academiæ Cives  
peramanter invitati.



55

ROSTOCHI  
Typis JOACHIMI PEDANI Acad. Typ.  
ANNO. M. DC. XXXI.

155



RECTOR  
Academiae Rostochiensis  
JOHANNES QUISTORPIUS,  
S. S. Theologiae Doctor, Professor,  
& Ecclesiastes.

Nter alia conso-  
lationis plenissima no-  
mina quæ Deo in sa-  
cris tribuuntur, qui-  
busque ejus in genus  
humanum benevolus  
affectus & propensio depinguntur,  
non postremum, id est, quo PATER  
PUPILLORUM ET ORPHANORUM  
nominatur. Quemadmodum enim  
pater impense ex se natos amat, de vi-  
ctu & amictu liberis suis prospicit, ut

A 2

re-

rectèeducentur & feliciter succres-  
cant, sollicité curat, nihilq; laborum  
& curæ intermitit, ut quantum fieri  
potest, eosdem in lautâ re positos esse  
cernat. Ita etiam cœlestis pater, paren-  
tibus orbos suscipit, illorum sollicitam  
curam agit, & in omnibus patris lo-  
cum supplet. Testem laudare possem  
experientiam, quæ creberrima hujus  
rei nobis exempla exhibit. Quid enim  
frequentius, quam illos liberos, qui in  
juventute patribus privantur, quum  
plurimorum opinione miserrimi vi-  
deantur, ita tamen succressere, ut e-  
ventus doceat, non potuisse illam ab  
ipsis frugem exspectari, ad eas digni-  
tates, & facultates pervenire, si à vivis  
educti alti q; essent. Propheta certè &  
Rex David, id de se fatetur, Pater me-  
us & mater mea dereliquerunt me,  
quid hoc aliud est quam orphanum es-  
se?

se? at Deus assumpsit me. Ego unicus  
& Pauper sum, Dominus est adjutor  
meus. Prædicatq; sibi domum divini-  
tus esse ædificatam, hoc est, Deum or-  
phanorum patrem, sibi benedixisse, se  
ad regiam dignitatem evexisse, prole  
numerosa beasse, & largissimè omnia,  
suprà quam sibi promittere poterat,  
subministrasse. Victorinus strigelius  
in suis super psalmum 68 hypomne-  
matibus sui orphani laudat exemplum,  
michi certe, qui inde usq; à tertio atatis meæ anno  
orphanus fui, filius Dei clementer opitulatus est,  
non modo suppeditans corpori necessaria, cuiusmo-  
di sunt nutritio, defensio, bona valetudo, bone-  
ficus locus inter homines &c. Sed & bis majora be-  
neficia impertiens, ut verbi causa, educationem  
ex regno tenebrarum, & translationem in regnum  
filii sui, in quo habemus remissionem peccatorum  
persanguinem ipsius. Ut igitur existet testimonium  
gratitudinis meæ, ago huic patri orphanorum &  
judici viduarum gratias, quantas maximas animus  
meus capere potest, pro nutritione & defensione

A 3

tot

tot annorum, omnibus beneficiis corpori & anima  
necessariis, quæ olim in vita eterna ardenter ce-  
lebrabo. Possem in hanc rem adducere ex-  
empla aliorum, nisi frequentissima o-  
mnium se oculis ingererent, & ea hic  
locus requireret. Puellula hæc M A R-  
GARETA Engelbrechts / quæ nobis hanc  
facit paginam, suo id in præsentiarum  
exemplo comprobat, fuisse & sibi or-  
phano, antequam hanc lucem intue-  
retur, factæ, Deum patrem. Quum e-  
nim pater ipsius Dn. JOACHIMUS  
Engelbrecht Vir eruditione, morum  
concinnitate, judicii dexteritate, con-  
cionandi donis insignis ad D. jacobi a-  
pud nos Pastor, quatuor mensibus an-  
te quam hæc nasceretur, mundo vale-  
dixisset, ipsa posthumana nata, & ab  
ipsa nativitate patre orba fuit. Annon  
autem orphanorum pater, ejus curam  
suscepit? non saltem illi de eo, qui a-  
bun-

bunde patris in hoc mundo vicem sup-  
pleret Dn. M. STEPHANO CLOT-  
ZIO ad D. Jacobi Archidiacono di-  
gnissimo, vitrico nomine, affectu & re-  
patre, prospexit? sed & ipse orphano-  
rum pater, miseriis hujus mundi eam  
cito subducere, in quietem & gaudia  
coelestia transferre, & non interrum-  
penda felicitate beare voluit. Quum  
enim omnia sursum deorsum in his  
terris, temporibus hisce miserrimis,  
agantur; cum omnia Mars infestet,  
gladii & bombardæ turbent, ita ut pa-  
noletria impendere videatur, noluit  
hic orphanorum pater, hanc vel præ-  
sentibus vexari, vel imminentibus pes-  
fundari. Sed curam pupilli agens, pri-  
die paschatos in quietem æternam col-  
locavit, postquam decem menses, à  
vigesimo octavo die mensis Januarii,  
anni superioris millesimi tricesimi, us-

que

que ad primum diem Aprilis anni currentis, in  
turbulento hujus mundi pelago, ejus cymbula  
jactata fuisset. In illam, Pater hic orphanorum  
filiam hanc suam transtulit domum, quæ ut  
Augustinus loquitur, omni fama major, omni  
laude melior, omni scientia innumerabilior,  
omni gloria, quam putatur, excellentior est.  
Nos qui in hac miseriarum valle ceu orphani  
oberramus, & mundi proterviæ & petulantiaz  
adhuc expositi sumus, ab hoc pupillorum pa-  
tre precamur, clemens nos liberos suos tan-  
dem respiciat, pace diu exoptata doner, donec  
in cœlestes & quietas sedes olim reponat. Hoc  
optamus, & inter eundum, dum exuvias pu-  
ellulæ hujus ad hodiernam medium primam in  
templo Jacobæo tumulo inferendas comitabi-  
mur, calidis votis idem precabimur. | P. P.  
Rostochii tertia, feria paschatos Anno 1631.












Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn751427985/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn751427985/phys_0016)



bunde patris in hoc mundo  
pleret Dn. M. STEPHAN  
ZIO ad D. Jacobi Archidi-  
gnissimo, vitrico nomine, a  
patre, prospexit? sed & ipsi  
rum pater, miseriis hujus n  
cito subducere, inquietem  
coelestia transferre, & non  
penda felicitate beare volu  
enim omnia sursum deori  
terris, temporibus hisce n  
agantur ; cum omnia Ma  
gladii & bombardæ turbent  
noletria impendere videat  
hic orphanorum pater, ha  
sentibus vexari, vel immine  
sundari. Sed curam pupilli a  
die paschatos in quietem at  
locavit, postquam decem  
vigesimo octavo die mensis  
anni superioris millesimi tri



the scale towards document